



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Si ea quæ dicuntur de Deo vel filio Dei poßint dici de homine illo, vel de
filio hominis. D

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Si ea quæ dicuntur de Deo, vel de filio Dei, possunt dici de homine illo, vel de filio hominis. D

Solet etiam quæri, si congruenter dici possit filius hominis vel ille homo descēdisse de cœlo, vel ubiq; esse: sicut dicitur filius Dei vel Deus de cœlo venisse, & ubiq; esse? Ad quod dicimus, si ad vnitatem personæ referatur dicti intelligentia, sane dici potest: Si vero ad distinctionem naturarū, nullatenus concedendum est. Vnde Aug. Vna persona est Christus Deus & homo. Ideo dicitur. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, &c. Si ergo attendas distinctionem substantiarum, filius Dei descendit, & filius hominis crucifixus est. Si vero vnitatem personæ, & filius hominis descendit, & filius Dei est crucifixus. Propter hanc vnitatem personæ non solum filium hominis descendisse de cœlo, sed etiā dixit esse in cœlo, cū loqueretur in terra, propter hanc eandem dicitur Deus gloriæ crucifixus, qui tamē ex forma serui tantū crucifixus est. Non tamen secundum hoc, quod Deus gloriæ est, & secundum quod glorificat suos: & tamen dicitur Deus gloriæ crucifixus. Recte quidem non ex virtute diuinitatis, sed ex infirmitate carnis. Quid ergo propter quid, & quid secundū quid dicatur, prudens & diligēs & pius lector intelligat. Hæc de corrigia calceamenti dominici dicta sufficiant, ne ossa regis Idumæe consumantur vsq; in cinerem.

SI CHRISTVS HABVERIT FIDEM ET SPEM,
vt Charitatem.

DISTINCT. XXIII. A

Cum vero supra perhibitum sit, Christum plenum gratia fuisse, non est superuacuum inquirere, vtrum fidem & spem sicut charitatē habuerit. Si n. his caruit, non videtur plenitudinem gratiarum habuisse. vt autē hæc quæstio valeat aperius expl. cari, de his singulis aliqua in medium proferenda sunt, & primum, de fide: secundum

Qq 5 mensu-

Aug. in fine cap. 20. lib. 3. contra Maximin. To. 6. Ioan. 3. b Aug. lib. 1. de tri. c. 13. non loq; à princ. 1. Cor. 2. b Amos 2. a Ibid. Aug. paulo superius.

Ioan. 1. b